



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. III. Primum incontinentiæ invitamentum, otium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

horum lasciviâ, in tantâ odoris fragrantia; & invitatrici huic voluptati resistes? & quomodo tot pedicas abrumperes? En, adrept etiam petulant vultu femina, quæ tot in te faciet vincula, quot verba, & ut basiliscus solis oculis necabit. Heu, miserande juvenis! Quomodo ab hac te viperâ servabis illasum? nulli unquam sua magis captiva fuit libertas quam tibi. Oculis aperis? à formâ tibi laqueus est. Hos claudis? aures patent, per quas veneni satis insillitur. Sed neque manus pugnis, aut pedes calcibus castitati tuæ succurrere queunt. Ah! amissa videtur integritas, & expugnatum tot machinis pudicum pectus. Credibilis videtur, Romanum parricidam in culeum cum cane, serpente, gallo gallinaceo atque simiâ insitum, à vulnere servari posse innoxium, quam te, ô juvenis miserande, à libidinis peste immunem. Quidquid agas, confictus teneris, nec pater vel spes evadendi ulla. Lascivus Cupido ab omni parte tibi imminet, atque jam jam, quod in te venenavit telum, emittet. At, ante victoriam cecinit triumphum Venus, reperit consilium Christianus hic Athletes, in letali hac arenâ. Invenit sibi viam, qua victrix Castitas hostem suum triumpharet. Nam, dum sic undique oppressus juvenis vicinissimum periculum contueretur: Quin, ait ipse secum, exurgis læle pudor, & quibuscunque potes armis, te ipsum defendis? sola lingua vinculum non sentit. Recte est: lingua mihi telum erit: malo esse mutus, quam parum castus. Dixit, & generosissimo vulnere, mediam sibi linguam præmordit, eamque in frontem lupæ quæ fronte caruit, sanguinolentam ejaculatus est. O NICETÂ, ô macte virtutis & animi juvenis! qui tot ex Orco compedes rupisti, & virginis pudoris libertatem, in tutum asseruisti, fauce pro pharetra, lingua pro sagitta fortissimè usus.

§. I.

DES. O cælum, ô terra, & ô maria Neptunil quid simile in omni historiâ, profanâ & sacrâ veteri, novâ, Romanâ, Gracâ reperire est? verè huic juveni acclamari potuit FACTVM BONVM, factum admirandum, præsigne, obstupefendum. Nihil ad hoc Lacon ille adolescens fecit, qui bello captus, identidem clamabat, non serviam: & ut primum iustus servili & contumelioso ministerio fungi, illisum parieti caput rupit. Quid Mutii dextera ardenti fuculo castigata? Sed neque sicam Lucretiæ sanguine stillantem miror, casta illa esse voluit, cum castitatem amisit. PARTH. Habuit quidem & priscum avum magna Castitatis exemplar: Xenocratem laudo, Scipionem prædico, Alexandrum Macedonem ob hoc veneror, Spurinam & Democlem admiror, solum NICETAM obstupefco. Xenocrates, illius fuisse dicitur verecundia, ut si quid vel in bestiis impudici videre contingeret, averfis illud & retortis oculis continuò damnaret: Scipio commendatissimæ formæ virginem sponso, uti eam acceperat, intactam restituit, tam sui quam libidinis victor. Alexander Rex, Darii filias & conjugem, miræ elegantie feminas, nec oculis quidem voluit attingere. Spurina proprii vultus elegantiam vulneribus confudit, ne alios ea ureret; Democles in bulliens ahenum insiluit ut stuprum effugeret. Uterque Castitatis generosus propugnator, neuter tamen cum NICETÂ nostro conferendus. Et quia Circum hunc ingressi sumus, libetne pedem protollere, & quâ possumus, hoc stadium emeriti? DES. Vacamus ambo: nec est quod reculem, præsertim si tu manu ducas. PARTH. Sed si errem, veniam dabis: incidi nuper in versiculos, pauculos illos, atque si verba species, parum delicatos & teretes, sed sensu opulentos, & nescio an brevius quid legeris, & simul utilius. Triplex illis inscriptio, nec nisi sex universum sunt: En, recito:

INCONTINENTIÆ ET LIBIDINIS INVITAMENTA.

Otia, Mensa, Libri, vaga Lumina, Verba, Sodales.

Hæc tolle, hæc minue, hos muta, hæc claude, hæc fuge, vita hos.

INCONTINENTIÆ ET LIBIDINIS EFFECTVS: Corpus, Opes, Animam, Ingenium, Famam, Virtutes, Debilitat, perdit, necat, impedit, inscit, aufert.

INCONTINENTIÆ ET LIBIDINIS ANTIDOTA: Lectio, Flagra, Preces, Confessio, Lympha, Labores, Portarum excubie, Christi præsentia, Pæne.

ÆDES. Memoria juvenandæ facti sunt, nec displicenti sed qui tu me hodie manu ducis, incipe Partheni, & explica illa tuorum versuum ænigmata, ne cui Arabicè locutus videaris. PARTH. dimitte jam paucos hos Epicos: alios post subdam de NICETÂ meo, qui, nisi luxuriæ malum ingens habuisset cognitum, non illud adco fuisset detestatus, ut cum summo dolore balbus esse maluerit, quam cum paratâ voluptate impudicus.

CAPVT III.

Primum INCONTINENTIÆ invitamentum OTIVM.

Nihil ad vitia seu discenda, seu committenda proclivius, quam otiosa vita. In ludo Vitii OTIVM Magister est & primarius doctor. Et ne mireris: Draco Otium canis lege, qui Otii damnati essent, capite mulcebantur. Ad libidinem maximè trahunt.

Otia, mensa, libri, vaga lumina, verba, Sodales.

En, antesignanum OTIVM. Non est quod hic quidquam controvertamus; omnium vitiolorum usitatum pulvinar est Otium, quid ni etiam sit luxuriæ? Et oraculum est, quod olim affirmatè Diogenes edens: Libido, inquit, est otiosorum negotium. Portentum est profecto, homo otiosus & castus, atque uti cognata sunt vitia, mentiri & furari, illico enim ego tibi furem ostendam, si tu mihi mendacem: ita prorsus, proxima sibi sunt nihil agere, & male agere; tempus perdere, & Castitatem non retinere; otiosi, & luxuriari. Ovidianum illud titissimum nolli:

Queritur Agyllus quare sit factus adulter & in promptu causa est; desidiolus erat.

A desidiâ pleraque libidinis incendia excitantur. Otium favilla libidinis. Atque utinam parentes & magistri hic attentis vigilent, suis ut torporem omnem excutiant. Exemplo præit parens ille apud Satyricum:

at nunc

Post finem autumnus mediâ de nocte supinum Clamosus juvenem pater excitat, accipe ceras; Scribe puer, vigila; causas age, perlege rubras Majorum leges, aut vitem posce libello.

Magni Imperatores, cum malè parere militem vident, aliquo Sen. ep. 56. labore compefcunt, & expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivire districtis. Revera,

Otia si tollas perire Cupidinis arcus, Contemptaq; jacent & sine luce faces.

Siquidem eodem magistro monente:

Quam platanus rivis gaudet, quam Populus undâ, Et quam limosâ, canna palustris, humos; Tam Venus otia amat.

Otiosus enim, uti verissimè Romanus Sapiens, non sibi Sen. ep. 55. vivit, sed quod turpissimum est, ventri, somno, libidini.

§. I.

Sed graviore tibi testes adduco. Mellissimus doctor Serm. de Bernardus: Sicut, inquit, per rimam sentina aqua la- S. Andrea. tener intrat & excrefcit, donec navis per nautarum incuriam Otium est demergatur: ita ex otio atque ignaviâ cogitationes prave, & causa vi- concupiscentia multiplicantur, donec navis cordis, eis succum- tiorum, bens, in peccato periclitetur. Otii hostem capitalissimum scias fuisse Bernardum, qui setid submonens: Omnium, Ep. ad frat. inquit, tentationum & cogitationum malarum colluvies est demor Dei. otium,

Pulchre ca-
stissimæ
exempla.

Compen-
dium opo-
ræ.

INCONTINENTIA
LIBIDINIS
OTIVM
EXEMPLA
CIS
L
VTI
AD

Juvenal.
sat. 14.
vers. 137.

Serm. 1. de modo bene vivendi. **O**rium, summa mentis malitia, malorum omnium sentina, mors animæ. Et ut sciretur quàm cavendum esset Orium Castitatis studio: *Luxuria*, inquit, citò decipit homines otio deditos, & gravius urit si quem otiosum invenit: indu-
Lib. de per- fect. grad. cap. 9. *stria & labori cedit.*

Lib. de ligno vna cap. 5. **L**aurentius Justinianus, vir perinde sanctus ac do-ctus: sicut aqua, inquit, quæ caret decursu ac jacet in foveis, putrescit: ita & corpus otii tabe confectum concupiscentiarum ac voluptatum carnalium parit ac nutrit insaniam. Id alibi confirmans: quemadmodum, inquit, ex temperato labore carnis incendia cohibentur, sic ex otio foveantur & crescant. In magnatum culinæ, pigritia coquorum id compendii re-
Ortium est via ad vi- tium. perit, cum ignis segnior est, butyrum affundant, ut ad flammam irruent. Idem præne diaboli calliditas facit: cum libidinum ignis in nobis fractior est, tunc & oleo, & pice, & butyro illum reddit vivacissimum. Cibus pot-
Ortium est via ad vi- tium. tuique copiosior est oleum; pix, libri obsceni; molle butyrum, turpe otium: ad hæc fomenta facilis exurgit flamma. Qui castitatem odisse vult, amet otium.

§. II.

Catull. ad Lesb. Senec. ep. 12. Eccl. c. 33. vers. 29. **O**rium & Reges simul & beatas perdidit urbes. Orium iners & languidum, solam requiem complectitur, quo nil sædus, nil similis est sepulchro. Orium sine li-
Ortium est via ad vi- tium. teris, mors est & vivi hominis sepultura. Proximæ sanè agna- tionis sunt OTIVM & VITIUM. Multam enim malitiam docuit Otiositas, ut rectè mater, augurum, & omnium virtutum noverca dicatur. Nullus fructus est Oti, sed dispendium semper maximum: Orium, res una om-
Ortium est via ad vi- tium. nium disciplinæ inimicissima est. Orium non tantum non acquirit nova, sed etiam acquisita consumit: & vix quidquam est, quod viam ad gehennæ fauces æquè fa-
Ortium est via ad vi- tium. cilem planamque reddat atque Orium, quod etiam for- tissimum quemque in diversâ via sua viter impellit. Multam malitiam docuit Otiositas.

Præclarè scripsit *Potius* *Cato*, necesse esse ut sua cuique vitæ ratio constet, id certè nisi operoso & labo-
Ortium est via ad vi- tium. ris amanti contingere non potest, & sanctioris quidem vitæ ratio processu gaudet & crescit, cessatione torpescit & deficit. Cui verò vitam per dedecus placet exigere, Orium sectetur, & à scopo suo quàm minimè aberrabit. Declivis, & ad omne flagitium compendiosa via est Orium. Vis veram huius monstri descriptionem? Pulcherrimum omnium vitiarum breviarium & epitome est Orium. Mens otiosa in mille facinorum furias discurrit, Multam malitiam docuit Otiositas. *Ædes*. Ple-
Ortium est via ad vi- tium. que omnes contra OTIVM diserti sumus, & nonnun- quam ore tragico illud declamamus: at interim sua-
Ortium est via ad vi- tium. vius nobis esse credimus, cum vacamus; otium melius reprehendimus quàm fugimus. Videmus meliora & probamus, deteriora sequimur. *PARTH.* tantò peiores sumus, quantò dulcius nobis est hoc pessimum malum. Verè, Multam malitiam docuit Otiositas. Hactenus in otium dixisse satis sit.

CAPUT IV.

Secundum INCONTINENTIÆ invitamentum, MENSA LAVTIOR, SATVRITAS, GVLA.

Res in aperto est, & pridem certa: sine Cerere & Libero frigere Venesem. Cum enim totum illud domicilium interioris hominis, esca stipatum, vino inundatum, decoquendis excrementis inæstuat, quid tam in propinquo superest, quàm ad Lasciviam sapere? tunc enim libidinosus nec tenebras expectat, tunc im-
Ortium est via ad vi- tium. pudicus morbum publicat; tunc petulans nusquam manum continet: & licet omne vitium detegatur in ebrio, libido tamen plurimum. Ita dum corpus fartum est, & cu-
Ortium est via ad vi- tium. ticula bene curata, ante omnia vitia resurgit libido, quæ annis sæpe integris jacuerat emortua, aut certè sopita

A languerat, vires resumit, maximè dum adulteriis cæcata vala propinant vinum, tanquam per se parum doceat libidinem temulentia, ut necessum proinde sit vinum ex libidine haurire, si lascivire lubeat. Nec vulgi dictum hic errat: post epulas chorea, cui & facta pagina adstipula-
Ortium est via ad vi- tium. tur: Sedit populus manducare, & surrexerunt ludere. Sed lu- sum non bonum, lulum impium, ideo vigilanter monet gen-
Ortium est via ad vi- tium. tium Doctor: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Eplos. seq. 1.* Et nosti, mi *Ædelime*, quod veteri & vero adagio dici-
Ortium est via ad vi- tium. mus: Nuncquam fames adulteria genuit. Quod divinus *Ezechiel* clarissimè pronuncians: Hæc, inquit, fuit iniqui-
Ortium est via ad vi- tium. tas Sodomæ superbia, saturitas panis, & abundantia & otium
Ortium est via ad vi- tium. ipsius, & silarum ejus.

§. I.

Ita plerumque post lautiores mensam, post saliares cenas, post epulas copiosiores, ab homine nonnihil divertimus, & quandoque etiam in pecudes degeneramus: Intractatus est dilectus & recalcitravit. Intractatus, im-
Ortium est via ad vi- tium. pinguatus, dilatus, dereliquit Deum factorem suum, & re-
Ortium est via ad vi- tium. cessit à Deo salutari suo. Ita lex vitiorum certa est, ut sa-
Ortium est via ad vi- tium. lascivia gine substructa sit lascivia. Ut non miteris apud eos in-
Ortium est via ad vi- tium. continentiam, apud quos repereris offertam mensam. Et queso te, vel rationem tu tuam interroga: famè an saturitas Virginitatis sit amicus? Tutius, puto, habitat pauperum tabernaculum Castimonia, quàm Regum turres & aulas. Tibias scis tum maximè fridere, cum maximè inflantur, & plenæ sunt vento: ita profus corpus huma-
Ortium est via ad vi- tium. num habet; tunc potissimum in lasciviam petulantiam exæstuat, cum plurimum ab epulis vinoque calet. Opti-
Ortium est via ad vi- tium. mè *Gregorius*: Ex uno Gula vitio, innumera vitiorum agni-
Ortium est via ad vi- tium. na, ad confectum animæ producantur. Vnum quidem Gula
Ortium est via ad vi- tium. vitium est, sed aculei libidinis innumeri sunt, qui præcedentem
Ortium est via ad vi- tium. illum quasi regem sequuntur, qui lata quidem suggerunt, sed
Ortium est via ad vi- tium. ad æterni flentis lamenta perducunt. Hæc totidem verbis *Gregorius*, qui, silere si velit, loqueretur experientia.

Cuam multi perdidit pudicitiam, quia noluerunt vincere Gulam. Unde vox illa castissimi *Hilarionis*: Pa-
Ortium est via ad vi- tium. leis te piscam, aselle, non hordeo. Itaque opiores mensas adeo abhorret Castitas, ut tum demum victo-
Ortium est via ad vi- tium. riam speret, cum corpori, velut jumento, deliciæ om- nes negantur.

Verum ab hac lege, nimium quantum recedit hoc ævum nostrum. Atque jam sæpe animum meum subit cogitare, an non prisca illa sæcula, sanè non aurea, sed ferrea vel plumbea redierint, de quibus divinus *Lucas*: In diebus Noë, ait, edebant & bibebant, uxores ducebant & pariebant, & perdidit omnes. *Ævum* hoc nostrum cōsidera, & fateberis parissimum cum illo veteri Noëmi. Edicitur, bibitur passim, affluenter & salutariter. Neque hoc satis (venia sit à tuis auribus mi *Ædelime*) vomitur & luditur certatim, qualem scilicet lulum luserat *Udo* ille infelicitissimus *Magdeburgensis* antistes.

D Nuptiarum etiam & chorearum ubique satis est (urbes ingredi, & mecum senties) ubique *Hymeneus* & *Thalassius* personant. Hos mores, credo, perleverabit Orbis, dum veniat non Noëmus, sed *Christus*, & ab iridis tribunali decretoriam sententiam pronunciet in omne humanum genus.

§. II.

Ergo, si Veneream hanc flammam immixtum vis ire, mensæ saginam minue, cibum potumque tibi adime. Luxuriam lubinde videmus fugere, dum fove-
Ortium est via ad vi- tium. mus. Canem tibi molestum vis abigere, & panem pro-
Ortium est via ad vi- tium. jicis? Libidinem vis vincere, & ventrem refercis? Hoc est operam ludere. Quid *Castimonia* inter epulas & delicias queris, quam *Hieronymus* inter prolixas absti-
Ortium est via ad vi- tium. nentias & plagas agrè reperit: Ergo quantum potes, cir- cumferibe corpus tuum, & animo locum laxa. Id agere debemus,